



Universitätsbibliothek Paderborn

**Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm
Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis comprehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronogiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Margaretæ reginæ Scotiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](#)

summis laudibus extollebat. Qui tandem, post alios omnes, fustibus crudeliter verberatus, gloriosam martyrum palmam adeptus est. Quorum corpora beata Symphorosa Getuli coniuncta in arena-
rio prædij sui honorificè sepeliuit. Quæ non longè sa cum septem filiis, post eundem ipsum martyrem cum septem filiis, pari virtute ac constantia secuta est: nam 27. eiusdem mensis, gloriòse, de hoste triumphata, cum charifimis pignoribus ex loco concidit.

Symphorosa,
filii neca-
tur.

VITA S. MARGARETAE REGINAE

Scotia, ex ea, quæ est apud Surium,

Mortuo Edmundo rege cum primis strenuo, 10. Iunij. qui ab Anglis, propter insuperabilem fortitudinem, ferrei lateris cognomen accepérat, Cænatus rex, Angliae conquæstor, filios eius Edmundo & Eduardum, propter foedus cum patre illorum iactum, præ pudore ferire non valens, ad regem Suevorum feriendo transmisit: qui pietate motus, eos vterius ad regem Hungarorum Salomonem, vitæ referendos misit. Edmundo verò si ne liberis decadente, Eduardus frater eius Agatham Imperatoris filiam duxit, ex qua sanctam Margaretam, postea Scotiæ reginæ progenuit. Quæ cum primæua adhuc florente ætate, in signe pietatis specimen de se præberet, suorum magis quam propria voluntate, Regi Scotorum Malcolino in matrimonium collocatur. Vbi licet ea quæ mun-
di sunt, agere compelleretur, attamen mundi rebus & desiderijs post positis, pietatis operibus sedulò Nubit Mal-
colino regi
Scotia.

In loco, vbi nuptiæ eius fuerant celebratae, sanctissimæ Trinitati nobilem ecclesiam construxit: tamque varijs magni præcij ornamenti decorauit.

Eff. 5 Liberos

Liberos suos cum omni diligentia nutriti & honestis moribus institui voluit: eosque frequenter ad Dei timorem hortabatur & præcipua fidei nostræ capita docebat.

Rege cum magno comitatu aliquò proficidente comites & satellites eius tanta severitate coerbat, ut nemo vel leuem alicui iniuriam inferre presumeret. Porrò ne qua peccati macula in illa resideret, crebro suum admonebat confessarium, ut quicquid in ipsis dictis vel factis reprehensione dignum inueniret id secretò indicare non dubitaret. Quod cùm illerarius & remissius, quam ipsa vellat, faceret, importunam se illi ingerebat, somnolentum illum & suæ salutis incuriosum acnegligentem vocitans.

Cùm autem in gente illa Scotorum multa contra vniuersalis Ecclesiae consuetudinem illicitam videret, varia exhibuit consilia, ut ad veritatem errantes reduceret. Solebant Scotti, neglecta Dominici diei reverentia, quemadmodum alijs diebus, laboribus insistere. Quod illa summa impietatis esse, & ratione & auctoritate perucit. Illicita etiam noucarum coniugia, similiter & uxorem fratris defuncti superstitem ducere, quæ ibi anteà siebant, nimis execranda ostendit, & à fidelibus, velut ipsam mortem deuitanda. Multa quoq; alia contra morem Ecclesiae inoleuerant, quæ pia regina de regni finibus extirpauit.

LIBERALITAS IN PAUPERES Quando prodibat in publicum, miserorum, orphanorum, viduarum greges, quasi ad matrem pisi simam confluebant. Interdum quicquid erat regi proprium, egenis erogandum abstulit. Neq; enim sua dumtaxat, sed seipsum quoq; si licuisset, pauperibus libenter impendisset: atq; interim omnibus paup-

Scoti nō eo-
labant diem
Dominicū.
Illicita Se-
torum con-
iugia.

LIBERALITAS
IN PAUPERES

& honesti
center ad
ei nostr
ciscente
e coercere
erre pre
illa ref
rium, vi
henfione
n dubita
uam ipsa
at, som
im acne.
ulta con
llicitas
veritatis
neglecta
lum alijs
miae im
uicit. Il
iter & v
e, quia ibi
e à fidel
ita quoq;
qua pia
rum, or
trem pif
erat regi
teq; enim
et, paupe
omnibus
paup.

pauperibus suis, erat ipsa pauperior. Illi enim non habentes, habere cupiebant; illa vero, ea quae habebat dispergebat. Neque modo pauperibus indigenis, verum etiam omnium pene nationum, suam munificentiam impendit, innumerabilesque captiuos, datus precio, libertati restituit, quos de gente Anglo-rum hostilis Scotorum vis in seruitutem abduxerat. Occultos etiam exploratores per provincias misit, ut qui duriore premerentur seruitute, eius liberalitate redimi possent.

Christi seruos & à mundi strepitu separatos sumnaveneratione prosequebatur, eorum alloquio gaudebat plurimum: Divinis laudibus & precibus, in Ecclesia persolui solitus, summa cum attentione, semper intererat. Quibus, finitis, in cubiculo rediens, sex pauperum pedes lauabat: eosque pecunijs alijque; reb. necessarijs iuuabat. Deinde parumper sopori indulgebat. Mane facto surgens, nouem infantulos orphantos, omni auxilio destitutos, prima hora, ad se introductos, cibis mollieribus, flexis genibus, reficiebat. ^{Initio l. 14.} Nota eximia am regis & reginae pietatem.

Iter hoc, trecentos pauperes in aula consuetudo erat introduci, & clausis ostijs, rex ab una, regina ve
rabiliter parte, Christo, in pauperibus, seruiebatur, tibique specialiter preparatos offerebant. Quo facto regina ad ecclesiastice conferens, prolixis precibus, lachrymis atque gemitibus, seipsum Deo sacrificium immolabat. Ante refectionem, 24. pauperes, magna cum humilitate eis ministrando, reficiebat. Deinde tenui cibo potuque; seipsum potius refocillabat, quam reficiebat. Quadragesinta ante Pascha & Calorem Christi dies, incredibili abstinentia se affligebat semper, sed propter nimium ieiunij rigor, usque ad finem vitae suae, acerrimos passa est flotachi dolores: nec tamen a gravis corporis valetudo virtus.

virtutem operis debilitare potuit. Sacris lectionibus & precibus, die noctuque intenta, animum ad cælestia erigebat.

Confitenti ei aures præbebat Turgotus secundus Dunelmie Prior. Illo ergo ad se accersito, vitam suam cum profuso lachrymarum imbre detegere cepit. Cumq; de necessarijs sermonem pertinxisset, se suoisque liberos ei commendauit, vt eorum curam gereret; & cum quemlibet eorum ad culmen terrenæ dignitatis euectum conspiceret, illum strenuè officij sui admoneret: ne propter mundi prosperitatem, æternæ vitæ fœlicitatem, sua negligentia, amitteret.

Dimidio post hæc anno, ingrauescente morti molestia raro è lecto surgere potuit: quarto autem ante obitum suum die, cùm rex Malcolinus in expeditione esset, tristior solito effecta assidentibus: forte hodie tantum mali regno Scotorum accidit, quantum vix multis retrò temporibus. Post dies aliquot, nunciorum relatione, eodem die, quo regina dixerat, regem cum filio Eduardo suis occisum cognoverunt: quem illa, ceu futurorum præficia, multum prohibuerat, ne quoquam tunc cum exercitu progrederetur. Et quamquam multis esset angustijs oppressa, in altissimo tamen diuinæ prouidentiæ consilio conquiescens, Christo Domino gratias agebat: quod eam, in hac potius vita, quam in futura, ab omni peccati macula, multiplici afflictione mundare dignaretur.

Cum verò mortis circumuenta doloribus iam iam anima è corporis ergastulo vocaretur, Christi Iesu nomine suauiter inuocato, ad cælos migravit, fœlicitatis eorum particeps effecta, quorum virtus est exempla secura. Facies, quæ tota in morte pallue-

Malcolini
regis cædes.

Fœliciter
migrat ad
Dominum.

palluerat, ita post obitum rubeo, candore per fus²
et, ut dormienti magis quam mortuae similis ap-
pareret. Corpus eius fuit in ecclesia Sanctissimæ
Trinitatis, quam ipsa construxerat, ante altare ho-
norifice tumulatum.

VITA S. BARNABAE APOSTOLI, EX
ta que est per Alexandrum. Castigata tamen ad
Eruditissimi Cœsarisi Baronij Chronologiam, qui
plurima à diuersis de hoc Apostolo scripta refutat.

Beatissimus hic vir Barnabas de tribu Leui or-
tus, auctor & prauorum stemmate valde ^{ii. Iunij.}
clarus fuit. Qui ut diuinarum, ita multo ma-
gis religionis opinione: apud omnes, celebres ac ^{Barnabas Le}
^{vitica sit.} ^{peorus.} honorati fuere. Cum autem bellorum tempestas
ingrueret, ad Cypriorum regionem migrarunt, ne
iliquod religionis suæ detrimentum paterentur.
Porro quod diuinarum & possessionum amplissi-
marum gloria excellerent, non hoc ex cupiditatis
vel superbia radice, quasi vitium, pullulabat, sed
tam maximè ob rem facultates multas, Hierosolymis,
& agrum propè urbem, ædificiorum ma-
gnitudine valde illustrem possidebant: quod Esai-
æ Propheta ita scriptum reliquisset: Beatos illos
fore qui semen in Sion haberent & domum in Hie-
rusalem. Cuius Prophetæ sensum, Hebræorum fi-
lii, carni interpretantes, diligentissimè o-
peram dabant, ut aliquid Hierosolymis possi-
derent.

Porro parentes eius in Cypro cum degerent, ex ^{In Cypro}
sanctissimo matrimonio, hunc Barnabam, elegan- ^{natus.}
ti forma puerum procrearunt. Cui mox nato, Io- ^{Barnabas pri-}
mō Ioseph sphenomen imposuerunt, ut simul cum nomina ^{mō Ioseph}
dictus ^{veteris}